

cons. ord. | conditor | balnearum | censuit (VI 1744. 1744 a). — 4) eilio lapis (filius fuit Neratii Cerealis N. 1245). — 5) Cf. IX 1566. X 1235.

1247 Fabio Ma|ximo v. c., | conditori mo|enium publico|rum, vindici | omnium pecca|torum, ordo et | populus Allifa|norum patrono.

Allifis (IX 2337 saepius descripta saeculis superioribus).

1248 Fabio Maximo | v. c., | instauratori | moenium | publicorum, | ordo et populus | curante Aurelio | Paulininiano cura|[t]ore et patrono. (In latere) d[ed.] VIII k[al.] . . | d. n. Co[nstan]t[i]o Aug. V [cos.]¹.

Aeserniae (IX 2659 vidit Dressel praeter latus). — Fabius Maximus rector fuit Samnii testibus etiam multis aliis titulis, quorum bona pars spectat ad opera ab eo restituta (IX 2242. 2338. 2447. 2448. 2449. 2640. 2645. 2842. 2936. 2957. 6507). — 1) Significatur unus ex annis 552. 553. 554. 556. 557.

1249 singularis integritatis | et bonitatis exsimiae | M. Aur. Consio Quarto | iuniori c. v., correctori | Flaminie et Piceni, | pontifici maiori | promagistro iterum, | duodecimviro¹, | Anconitani et | Fanestres, clientes | patrono.

Romae in museo Capitolino (VI 1700). — 1) Duodecimviro, intellege urbis Romae, quod sacerdotium reperitur etiam in titulo anni 577 quem infra dabimus inter sacros; cf. etiam supra N. 1198.

1250 [ad eo]rum consolandu[m] statu[m], praeposito Palla|dii Palatini¹, praefecto | operum maximorum, comiti portuum, correctori Tusciae et Umbriae², | cons. Camp. Huic ordo | splendidissimus col. | Privernatium ob insignem erga se benivolenti|am et religionem et inte|gritatem eius statuam | conlocandam censuit.

Priverni rep. saec. XVIII exeunte, videtur periisse (X 6444). Tractavit Hensen bull. dell' Inst. arch. 1865 p. 208 seq. — 1) Cf. Henzen l. c. p. 241. — 2) Ante a. 570, quo Tuscia et Umbria sub consulari fuit.

1251 Betitio Perpetuo | Arzygio v. c.¹, consulari² Tusciae³ et Umb., ob singu|laria eius erga provinciales | beneficia et ob moderationem | pro documento etiam poste|ris relinquendam aeter|num statuae monumentum | Tusci³ et Umbri patrono | praestantissimo | collocarunt.

Romae (VI 1702 descripta a Poggio; melius Notizie 1888 p. 495 descripta a Martio Milesio Sarazanio). — 1) Filius ut videtur Betitii Perpetui correctoris Siciliae sub Constantino (X 7204; Kaibel inscr. Gr. Sicil. Ital. p. 697 n. 1078 a cf. Huelsen Notizie 1888 p. 494). Hic est Arzygius cui Pelagonius (cf. Teuffel Lit. § 463, 6) dedicavit librum de veterinaria (Borghesi opp. 6 p. 505. 543). Ipsum quoque Arzygium nonnulla de equis scripsisse coniecit Buecheler mus. Rhen. 1890 p. 335. — 2) Post a. 566, quo Tuscia et Umbria fuit adhuc sub correctoribus (cod. Theod. 9, 1, 8); cf. Marquardt Staatsv. 1² p. 257. — 3) Thusciae, Thusci Sarazanium.

1252 ex decreto ordo Lunens. | et cives immortalibus | beneficiis relevati, ob memo|riam posteritati tradendam, | statuam collocarunt Lucilio | Constantio, praesidi Mauretaniae | et¹ Tingitanae, v. c.², consulari | Tusciae et Umbriae.